

*Quelle: Paenitentiale mixtum c. 39,3, 2. Teil, ed. BB 2 S. 697.*

[36]

Ne quis penitenciam morienti neget.

Si quis presbiter penitenciam abnegaverit morientibus, reus est animarum, quia Dominus dicit: Quacumque die conversus fuerit peccator, vita vivet et non morietur [*Ezech. 18,21*]. Vera enim conversio in ultimo tempore esse potest, quia Dominus non solum temporis, sed et cordis inspector est.

*BD 18,21; DG C.26 q.6 c.12 (Unde Iulius Papa ait).*

*Quelle: Poenitentiale Capitula Judiciorum, ed. BB 2 S. 251.*

[37]

In canone apostolorum.

Si quis brespiter [*sic*] ab episcopo fuerit degradatus aut ab officio pro certis criminibus supensus et per contemptum de ministerio sibi interdicto aliquid agere presumpserit et ab episcopo correptus perduraverit, omnimodis excommunicetur, ab ecclesia pellatur, et qui cum eo communicaverit, sciat se excommunicatum esse. Similiter de clericis, laicis, feminis servandum est. Quod si quis ista contempserit et episcopus emendare non potuerit, reg[is] iudicio exilio dampnetur.

*RS 2,428 (426) S. 648f.*

*Quelle: Kapitular von Ver (755) c. 9, 1. und 3. Teil, ed. Alfred BORETIUS (MGH Capit. 1, 1883) S. 35 Z. 5–18.*

[38]

Ex concilio Triburiensi.

Nemo contempnat neque transgrediatur bannum ab episcopis superinpositum. Sciat et abhorreat in epistula beati Clementis contra se dictum esse: Si episcopis non obedierint, omnes tam maioris quam minoris ordinis atque reliqui populi, tribus et lingue non solum infames, sed et extorres a regno Dei et consorcio fidelium et a liminibus sancte Dei ecclesie alieni erunt. Et infra: Si quis post hanc huius sancti concilii diffinicionem [*difficionem KL*] inventus fuerit corrupisse bannum ab episcopis emendatum [*rectius: inpositum*], XL dies in castigatione corripiatur tantum in pane et sale et aqua.

*Gekürzt aus RS 2,297 S. 570–572; BD 11,73; IvCD 14,121 (dort anstatt Et infra: et audiant ipsum Dominum in Evangelio dicentem: Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit [Luc. 10,16]. Quapropter nos evangelicam et apostolicam considerantes auctori-*